STATVTA ALIQVOT·
MARPVRGENSIS ACA
DEMIAE ILLVSTRISSI:
PRINCIPIS PHILIPPI
HESSORVM LANT
GRAVII PRO
VIDENC
IA·EX
CITATAE·

1529

Nr. 217
1529 Aug. 31

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

PHILIPPUS DEI GRATIA LANTGRAVIUS HESSIE. COMES IN CATZENELNPOGEN. IN DIETZ. ZIGENHAIN. ET NIDDA.

Doctoribus, Magistris, Professoribus et Scholasticis
Academiae nostrae Martpurgensis .S.

PERICLITANTIBUS HOC SECULO
literis, qualemcunque opem laturi commune studiorū Gymnasiū atque illud
trilingue, in ciuitate nr̃a Principali Marpurgo instituimus, Vnde uiri βου-
ληφόροι, non minus eruditione quam prudentia et pietate conspicui pro-
dirent, partim doctrinae Christianae, partim reipub: nr̃ae gubernandae praefici-
endi. Nam literas e medio tolli, aut interituris manus non praeberi haud
minus ducimus quã solem e cõmuni mundo auferri, sine quibus, ut nulla ho-
minu societas, ita nec uitae ratio constare potest. Quapropter rempub: tunc fe-
licem fore, sapienter ille dixit, si quando aut Philosophi regnarent aut Reges.

Philosophari ceperint. Ceterum cum hoc nostrum Gymnasium uos ipsi refertis
et nulla multitudo absque Legibus bene gubernari potest, non inutile
existimamus, etiam uobis leges praescribere, non quidem ea de causa quod
finis sit in studio literarum recte procedere uos minus putem, sed ut improbi
affectus ad nocendum nati, legitimis modis compescantur, atque boni iuxta
diligentiam suam in studio defendi et promoueri queant. Quandoquidem
melius utique esset, et christiano instituto multo conformius, sua sponte
quemque procurrere et sibi ipsi Legislatorem fore, cum infelicis plane inge-
nij sit, non amplius progredi uelle quam quo Leges impulerint. Sed quia
uitijs nemo caret, atque affectus neque Philosophia neque regno tolli constat,
permittendum interim nos homines esse, quos Legibus non secus quam nauim
remus moderari oporteat, et ferendum, quod mutari non potest. Proinde ne
et hoc nostro instituto, nobis usu ueniat, quod olim Atheniensibus: qui semper leges
scribebant nullas uero aut quam negligentissime seruabant, nostras uobis com-
mendatissimas esse uolumus, neque ab ullo contemnendas, nec in hoc uos
moueant qui soli fruges consumere nati, nullo Legum iugo cohiberi, sed pro
Libidine sua passim uagari, et nihil non audere uolunt. Nostre siquidem
Academiae nihil minus optamus, quam istiusmodi nebulonum turbam utcunque nu-
merosam, usqueadeo satius est et reipublicae nostre consultius, paucos habere qui
bene monentem audiant, amicis et patriae profuturi, horas suas recte collo-
cent, quam multos qui in magnum sui dedecus meretrices, uina, et aleam
tantum sectari, atque irreparabilem temporis iacturam facere non uerentur. Et
ne existimetis idem esse, iuxta haberi, uirtutem aut acceptasse aut neglexis-
se, ut uel hinc boni (quod plerumque fieri solet) malis posthabeantur, has nos-
tras leges, simul et optimas literas summopere uobis commendamus, quas
si aequo animo, atque alacri studio, acceperitis, uosque ipsos sic eruditos ostende-
ritis, rempublicam nostram non tam ciuilem quam Christianam et gubernandam et in-
stituendam, et laboris premium incomparabile uobis committemus Valete

DE RECTORE ELIGENDO

Caput I.

Quandoquidem uero sine moderatore respub: ut corpus si-
ne capite, diu constare non potest. Volumus semper ex professorib: Academiae
nostrae unum aliquem praefici. Cuius magistratum semestrem esse placuit. Proinde bis
in anno ad noui Monarchae electionem per publicum ministrum quem pedellum
uocant, professores omnes et singulos accersiri uolumus. Primum Kalendis Januar:
et iterum Kal. Julijs. Atque tum in collegio Lani (ubi hunc enim locum illi esse decernimus.)
suffragijs et uotis singulatim exactis e Professorib: idoneum aliquem designari
ordine tamen illo seruato. Vt primas habeant Theologi hos sequantur Iurisperiti,
Mox Medici, hos ex professorib: Linguarum et bonarum artium ceteri. Electus uero
nouus Rector mox ceterae scolasticorum turbae ad hoc per literas publicas aduersite
denuncietur. Quam et statim Rector in curam suam tamquam fidelissimus pater libe-
ros suos, omni studio fouendos suscipiat. Atque postea. Ne quis ulla occasione a se
ignorantiam praetexere possit. Literis publicis ualuis ecclesiae electus intimetur. Vt
omnes sciant quem tamquam Monarcham. Caput et parentem suum uereri et
suspicere debeant.

DE OFFICIO RECTORIS

Caput II

Rectoris sit, eos qui ad Academiam nostram, tamquam ad bonarum artium
mercaturam proficiscuntur, officij sui monitos in album seu (ut uocant) ma-
triculam Academiae scribere atque referre, pro inscriptione quartam aurei partem
honorarij munusculi nomine a quouis habente recipere. Illisque mercedis loco in suum
usum [convertere] recipere. Et ut horas suas in capessendis studijs quam optime collocent,
diligenti animo aduertere. Bonos iuxta priuilegia per nos data defendere, ma-
los uero dignis poenis donec resipiscant, coercere. Ius ex aequo bonoque dicere. Vt
diligentes in praelegendo sint Professores, curare. Edes collegiorum in semestri
bis plus minus et praeterea quandocumque opus fuerit cum duobus, qui ipsi a con-
silijs sint, inuisere. Incolarum opera atque modestiam iuxta ac praeceptorum diligen-

rũ investigare atq reliqua magistratus sui munera pro sua prudentia quã diligentissime prospiceret.

DE CONSILIARIIS ET DECAno facultatis artiũ eligendis

Caput iii

Preterea cõmodũ fieri duximus, ne omnis sarcina unius solũmodo humeris incumbat, si statim Rectori publicato quatuor addantur, qui a consilijs sint, quibus cũ negotia Academie maturius et consultius tractet, ex quibus unus quoque sit Decanus artiũ, quis et tũ ex bonarũ artiũ atque linguarũ professorib: designari convenit, ut declamationib: et disputationibus per singulos professores atq discipulos in tempore disponendis prosit.

DE PROFESSORIB:

Caput iiii

Quos ad publicas prelectiones adsciuimus, sue quemque professioni quã diligentiss: prospicere volumus. Ita ut nihil desiderari possit, quod ad optime et sinceriter docendũ pertineat. Et quia non satis est, id quod verbis quisque docet moribus atq vite ratione negligere, maior adhibenda cura est, ut teneriores annos sanctitas docentis ab iniuria custodiat, et ferociores a licentia gravitas deterreat. Sumant igitur ante omnia parentis erga discipulos suos animi, ac succedere se in eorũ locũ a quib: sibi liberi erudiendi traduntur existiment. usquequaque nec habeant vitia, nec ea ferant

QVIBVS DIEBVS A PRELECtionibus feriandũ et quib: rursus prelegendum.

Caput V

Et quia animos auditorũ prelectionibus nimiũ continuis oneran=
dos non existimamq, hinc enĩ ꝯ literarum fastidiũ et profectus diffidentia
sepius prouenire solet. ferias atq a subsellijs remissionem admittimq, nõ ut
a studijs interim adolescentes sint prorsus alieni. sed quo praeceptas lectio
nes singulari diligentia animo reuoluant, publicisq ꝯ priuatis declamati
onib: atq disputationib: sese propensius accomodent atq in hunc modũ ad dis=
cendũ reddantur vegetiores. quare in primis per singulas hebdomodas die
Sabbatiomane nundinationib: Post meridie uero priuatis declamationib: aut
disputationib: exposito. feriae sunto, Preterea post diem diui Thome aplo
sacrũ cum octo natalem dominũ sequentib: Ab Esto mihi ad eũ quẽ dicit
Inuocauit. Sacris paschę diebus cũ octo qui precedũt ꝯ octo qui sequuntur, a f
esto Penterostes cũ sequentib: octo, Et tande pro nundinis francofurdianis
in Septemb: diebus Itidem quatuordecim a die Natiuitatis Marię continue
numerandis ferias esse atq a publicis ꝑlectionibus silentia permittimq.
Reliquis uero diebus (exceptis dominico et sabbato atq his quibus ex insti=
tuto solemnes conciones fieri solent) quã diligentiss: et absq ullo interual=
lo prelegi et uolumus ꝯ iubemq

DE OFFICIO EORV̄
qui in Academia nr̃a erudiri uolunt

Caput VI

Vt preceptorũ est, non minus literis quã uite sanctimonia doce=
re. Sic et discipulorũ ad utrũq se dociles prebere. Id unũ interim monemq
omnes eos qui in Academia hac nr̃a uersari, et senectuti sue uiaticũ com
parare uolunt. ut preceptores suos atq eos quos bonis literis prefecimus, su=
mopere reuereantur, neq minus quã ipsa studia ament, et parentes es=
se non quidem corporũ sed mentiũ credant. Alexandrũ illũ magnum
imitantes. qui dicere solebat, se a Philippo patre tantũ uiuendi, Ab Aris=
totele uero preceptore. bene uiuendi rationem esse consecutũ. Sic enĩ socia=
ta docentis ꝯ percipientis concordia studio perficiendo non modicũ
confert, Ita enĩ fiet ut libenter audiant qui discũt, et dictis preceptorũ
credent. atq ipsis quã simillimi esse concupiscent.

VT DISCIPVLI SVB PRECEPTO=
ribus sint

Caput VII

Proinde quia Licentia (ut inquit Comicus) omnes sumus dete=
riores, potissimu hoc nro seculo bonis lris longe iniquissimo, oportet iuuen=
tutem a paedagogo perinde atq cupiditatem a ratione gubernari. Volu=
mus neminem in hanc nostram Academiā admitti, aut per Rectorem
in albū recipi, qui nō habeat priuatū atq domesticū preceptorem qui eum
discipulū agnoscat, ad cuius iuditiū quisq pro sua ingenij capacitate
atq maturitate Lectiones et publicas & priuatas audiat, a cuius latere aut ra=
ro aut nunq discedat, quo uniuscuiusq discipuli ut sibi concrediti rationē
Rectori reliquisq Gymnasij proceribus eo quo statim abhinc designabimus
modo, reddere oporteat. Et ne sint qui hoc nrm institutū posthabeant, aut
qui se laboribus instituendae iuuentutis subtrahant. Iubemus ut Rector nul=
lum in gymnasio nro supra nouendiū impune otiari, aut, nisi in albū atq ma=
triculam (idq preceptore suo ipsū inscribendū psentante) relatus fuerit, pu.
Lectiones audire permittat. Rursusq sit nemo ex publicis Professoribus qui
sese offerentem, in numerū discipulorū excludere aut non recipere ausit.
Neue Preceptores in hoc onerati, solū Laborem et nihil premij inde sentiant,
uel studiosi inmoderatis exactionibus grauentur, admittimus ut ex singulis disci=
pulorū pro priuato atq domestico illo labore singulos solidos aut florenos
nostrae monetae per semestre tempus recipiant. Pauperes uero, quorū iuxta
habenda est ratio, gratis, & pro Christiana charitate erudiantur. Sit
autem hic illorū Labor ut ad minus ter per hebdomadas aliquē autorem plegat
aut quando magna est copia publicarū Lectionū, publice audita, priuatim
cum illis repetat, epistolas & carmina exigat. A quo labore superiorū
facultatū, theologos scz Iurisperitos & medicinae Professores eximimus. Cū hic
labor ad eos peculiariter spectet, quibus iuuentus in rudimentis & funda=
mentis illis solidorū studiorū, gramatica scz Rethorica Dialectica atq lin=
guis instituenda & exercenda commissa est. Ceterū et eos qui superioribus tm
facultatib: nauant operā, quemq ex professorib: suū institutū Vnū aliquē prep=
torem qui peculiariter obseruent, agnoscere uolumus

DE EDIBUS COLLEGIORUM
inhabitandis. deq; prepositis atq; ipsorū Prouintia
Caput VIII

Atqui ut omnem Licentie occasionem tanq̄ presentissimā
uitiorū causam & materiam in uniuersū eripiam⁹. domos Collegiorū Musis
bonis aptas dedimus. quibus om̄es eos immorari atq; prandere uolum⁹. qui ut
aliquā in Gymnasio nr̄o operā nauare cupiūt, (nisi apud preceptorem suū
in edibus priuatis. quisquā habitare et prandere maluerit, aut in alia do-
mo. per rectorē pro studiosi conditiōe approbata & admissa habitarit. quo Iu-
uenilis illi Animi a Scortatiōibus, damnosis ludis. nocturnis deambulatiōib;
Ebrietatibus. & id genus reliquis uitijs. literarū studijs quāmaxīe aduersis
cōmodius prohiberi atq; arceri possint Porro Prepositos seu Rectores uiros
grauēs eruditiōe & probitate insignēs. hui⁹mōi Collegiorū edibus proponi
iussim⁹. quorū prouintia atq; muni⁹ ēē̄ eo. habitatiōes suas quib⁹q; dom⁹
petentib; Cubiculū pro dimidio floreni. hypocaustū uero adiūcto cubiculo
pro floreno uno. per semestre tempus locare. Censūs exigere. eorūq; rationē̄ sta-
tim post electionē̄ noui rectoris Rectori atq; alijs qui a consilijs sūt redde-
re. pecuniā que superest in cōmune Gymnasij erariū referre. Si quid inte-
rim destructū uel ruinosū fuerit. ind restituere atq; suffulcire. Incolis fer-
cula secundū modū a nobis prestitutū exhibere. Vt collegia estate nona,
hyemis uero octaua hora claudantur. curare. Incolas ipsos per singulas ha-
bitatiōes hebdomadatim aliquotiēs inuisere. Vt nihil uel turpe uel inho-
nestū aut turbulentū per inhabitantes cōmittat: prouidere, bonos admit-
tere. morosos ut cōmunis rei litterarie pestem propellere Atq; in sūma. nihil q̄d
ad curā diligentiaq; boni patrisfamilias ptinet omittere. Quibus ut Laborū
suorū premiū. ultra liberam gratuitamq; habitatiōem etiā sextā om̄is cen-
sus partem. ob id. donam⁹

DECLAMACIONES QUANDO
habende Et de reddenda tum studiosorū ratiōe per preceptores
Caput IX

Abſurdū ſane foret ſemper audire atq; diſcendo conſeneſ-
cere et non uel tandem profectus ſui periculū aliquod facere aut dili-
gentię ſuę experimentū prebere, ꝑ ſtudioſorū utilitate inprimis fore dux-
imus. Si ex ſcolaſticis atq; auditorib: quiſpiā ſingulis Sabbatinis dieb:
poſt meridiem (preſentib: etiā ijs qui pedagogio operā nauant) declama-
tiūculā argumenti eruditi atque appoſiti aut diſputatōm nō minꝰ
accomodā habeat, quo fiet ut et ingenij ꝑ ſtudiorū periculū nō penitēn-
dū quiſq; ſit facturus, et exercitatōe illa uires acquirat et robuſtior red-
datur. Proinde ut Iuuenilis illa ętas (cui abſq; cortice ſit natare nondū
eſt conceſſū) habeat unde exercitatiōis illius preludia, ꝑ quaſi archetypū
ſumere poſſit, conſtituimꝰ ut ex profeſſorib: nrīs tam linguarū q̄ bonarū
lrārū, (id quod decano artiū proſpiciendū cōmiſimꝰ) aliquis, dicen-
di tamen ordine obſeruato: ſingulis tribus menſib: ſingulas declamati-
ones ex ſubſellijs publicis habeat, ad quas cū rector, tū reliqui nrī profeſ-
ſores ſimul cū tota corona Scholaſtica, uocati, conuenire debent. Et finita
declamatiōe, atq; facto in proceres ſedendi ordine Rector ex ſingulis ꝓfeſſo-
rū maxime ijs qui diſcipulos domi fouent, percunctari incipiat, de uita
atq; ſtudio eorū quos priuatim erudiendos quiſq; ſuſcepit moneaturq;
et diligentię ſuę et ratiōis reddendę nō tam Academię quā deo optīo Max-
imo, ut qui neglectā animā ex preceptoris manib: olim dubio procul requiret,
Tum ſi indicante preceptore, uel alias ſit repertus, qui horas male collo-
care ꝑ temporis iacturā facere, auſit, in conſpectu profeſſorū om̄ uoca-
tus, per Rectorem diligenter moneatur, quā ob rē in Academiā noſtram
ſit uel miſſus uel ꝓfectus, et q̄ turpe ſit, inanem atq; cū dedecore patriam
reuerti, deceptis nō tam preceptorib: quā amicis, quibus, niſi reſipiſcat,
altero ab hinc atq; proximo conuentu, ab Academia ꝑ ciuitate noſtra
Marpurgo excluſus, nō ſecus, quā peſtis quedā penitus propellatur

DE LEGIBUS SERVANDIS
et de Mulcta eorum qui illas negligunt

Caput X

Fruſtra eſſet leges condere, rebuſq; ordine preſcribere, niſi ſint

etiam qui Legibus obtemperarint eam ob rem, et has nostras Leges in uniuersum
obseruandas, neq3 a quoquã impune negligendas longe minus contemnẽdas,
statuimq3. Porro quotiescunq3 Professorũ aliquis uel pro consilijs uel pro rebus
Gymnasij tractandis per Rectorem uocatus absq3 legittima et rectori probata
causa non uenerit, quartã aurei partem pro mulcta is dato. Sin uero ꝑlectio-
nibus pro offitio ꝯlut decet, nõ præfuerit, aut eas uolens atq3 dedita opera neglex-
erit nrãm indignatõm, et nisi in temp̃e se emendauerit, repulsam expecta-
bit. Preterea ex Studiosis atq3 auditorib: quicunq3 ad publicã Academiæ nostre
coronã, Rectore id iubente, sine causa, nõ ierit: duos albos in mulctã luito,
Et tandem his nris Legibus aut obtemperet, aut citius abeat. quod nisi fecerit
per Rectore carcerib: mancipetur, ut uel hinc sibi reddatur, moneatq3
audiat. Reclamantes Magistratui castigandos, atq3 adeo grauiorib: penis
reseruamus

Pena nõ comparentis discipuli

DE PENIS EORV̄
qui crimen aliquod commiserint
Caput XI

Et cũ turpissimũ sit in ea schola que iuueniles animos uir-
tuti parare atq3 uiros non tam reipub: rectæ quã pietati Christiane ꝑsitien-
dos et gignere et educare debet, crimina uel comitti, uel in comissa dignis
penis non animaduerti, particulares quasdã leges præscribimq3 In quibus que
generatim antea complexa sumus, intra unã breuitate ut facilius memoria te-
neri queant, et singulatim et clarissime explicamq3, singulis ꝑctis & transgres-
sionibus suas penas & mulctas decernentes, ne quis improbitati sue ignorã-
tiã, aut quid aliud ꝑtexere possit. Primũ igitur esto

1 Qui Marpurgũ studij gratia missus fuerit, uel sponte uene-
rit, intra hebdomadã Rectori nomen dato, qd si nõ fecerit, statuti per pedel-
lũ admonetor, cui si nõ paruerit monitus in eum Rectori multa uel notã (qua
indicatq3 in studij & magistratus contemptorem) ius esto.

2 Rectori ut ordinario Magistratui in omnib: licitis & honestis ordinẽ studi-
osorũ decentib: pareto honoremq3 deferto, neglecti præuaricatorr imperij dimidij so-
lidi pena esto.

3. In Rectorem contumeliis, uel iniuria grassatus studens, de consilij senten=
tia uel relegator, uel infamis omnino excluditor

4. Preterea omnibus doctorib: Professorib: Item honoratis ornatisq in utroq
sexu personis, honoris ergo, caput studens adaperito, et uia decedito. Turpe
est enim literas discere sine morib:

5. In Collegijs comessationes, perpotationesq, aut qualibet aliã insolentiam
ne exerceto. preuaricantem Propositus castigato. In sic nondũ obtemperantem
Rector Magistratus iure animaduertito.

6. A lectionibus (maxime publicis) per incuriã studens ne emaneto,
siquis emansor, arbitrio Rectoris emendator. Si uero inemendabilis
ad ignauiã redierit, ex academia et oppido pariter exterminator. Ne ig=
nauia sua unus, uelut contagio, plures corrumpat.

7. Omnes etiã domestici: Magistrorũ discipuli: pro captũ uel in publicas
lectiones uel in Pedagogiũ eunto

8. Extra Collegia hospitiũ sibi uel expensas, citra Rectoris consensum
nemo studens comparato. Contra faciens (saltem monitus) solidi pena
inobedientiã expiato

9. In publico honeste uersato, cũ nullo rixam pugnamue contrahito
In transgredientem Animaduersionis cura Rectoris esto.

10. Arma studens in Ciuitate nisi sua, et scolastica ne gestato. Contra
fecisse probatus, ea amittito. Preterea solidũ mulctę nomine Rectori soluito.

11. Si quis studens ciuem uel incolam ultro inuaserit, dolo uulneraue=

rixis: telum Rectori reddito. duorum insuper solidorum penam sustineto. Vulnerato Lesoque satisfacito

12 Ad tabernas meritorias, turpiaue Lustra ne accedito. Scortumue ducito. Conuictus flagitii solidum pro pena numerato.

13 Nouitium, uel quemuis alium Studentem comessatum, helluatum, scortatumue, in ganeam si quis Studens adduxerit, aut quouis alio in nequitie alicuius Gymnasium pellexerit corruptele nomine carceri mancipator: nec nisi persolutis Rectori duobus solidis, inde emittitor.

14 Studens cum Studente alea pro pecunia ne ludito: aut utrunque Rector (quantum equum fuerit) punito. Preterea uictor uicto quod abstulit restituito. Sedulum enim est illos se inuicem spoliare quos eorundem Stipendiorum commilitones mutuo sibi adesse ultroque opem condecebat adferre

15 Nemo Studens nuptialibus: (que fere publice fiunt in Curia) se temere admisceto saltationibus, propter discordiam, que in choreis huiusmodi, utputa inter dissimiles, coalescit leuissime et raro exit sine uulnere. Similiter a quibusuis aliis idiotarum compotationibus: et intemperiis abstineto. Memor diuersum uite genus professos, nunquam fere parem bona fide inter se colere. Sed perfacile turbas inter eos et certamina gliscere

Hec sunt, uiri Magnates, que uobis ad probe informandam Juuentutem atque Academiam nostram recte gubernandam hoc temporis ueluti sub compendio prescribere uoluimus ac uolumus per presentes, eaque quecunque sunt que uos concernunt, a uobis, iisque qui fidei uestre moderationique dediti sunt, firmiter obseruari neque a quoquam uel negligi uel intermitti. Ita enim procul dubio fiet ut neque nos instituti, neque uos opere uel quouis pacto penitere possit. In hoc non modo uobis uestrisque sed et publice commoditati consulturi plurimum. Nobisque rem facturi pergratam. In quorum omnium euidentiam presentes literas Sigillo nostro appenso iussimus communiri. Ex Martispurgo nostro pridie Kal. Septemb. Anno post Christum Natum Millesimo Quingentesimo Vigesimonono

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

[illegible]
[illegible]

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

STATVTA ALIQVOT·
MARPVRGENSIS ACA
DEMIAE ILLVSTRISSI:
PRINCIPIS PHILIPPI
HESSORVM LANT
GRAVII PRO
VIDENC=
IA·EX=
CITATAE·

1529

Nr. 217
1529 Aug. 31